AUTHOR:

BOSTROEM, E.

TITLE:

DE VOCABULIS GRAECIS APUD PLAUTUM

PLACE:

NEW YORK

DATE:

1902

Master Negative #

92-80620-2

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/PROD  Books      FUL/BIB   NYCG92-B32114          Acquisitions     NYCG-PT
FIN ID NYCG92-B32114 - Record 1 of 1 - Record updated today
+
  ID:NYCG92-B32114              RTYP:a    ST:p   FRN:   MS:   EL:      AD:05-07-92
  CC:9668  BLT:am      DCF:?    CSC:?    MOD:    SNR:       ATC:       UD:05-27-92
  CP:nyu     L:lat     INT:?    GPC:?    BIO:?   FIC:?      CON:???
  PC:s      PD:1902/            REP:?    CPI:?   FSI:?      ILC:????   II:?
  MMD:      OR:    POL:     DM:      RR:         COL:       EML:       GEN:   BSE:
  040      NNC‡cNNC
  100 1    Bostroem, E.
  245 10   De vocabulis graecis apud Plautum‡h[microform].
  260      New York,‡bG. E. Stechert, agent,‡c1902.
  300      87 p.‡c22 cm.
  LDG      LC/NUC
  QD       05-07-92
```

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 4/8/93 INITIALS MY

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Prof. Ch. Knapp
fr. E. J. S.
Aug 16. 1906

E. BOSTROEM

DE VOCABULIS GRAECIS APUD PLAUTUM

A THESIS FOR THE DOCTORATE
IN PHILOSOPHY

NEW YORK
1902.
(G. E. STECHERT, AGENT.)

Argumentum.

I.

Exordium.

Romani plane alieni fuerunt a litteris. Romani litteras debent Graecis. Romanorum litterae initium ceperunt serum. Primi Romanorum auctores scripserunt Graece. Numquam omnino Graeca lingua uti desierunt Romani.

Magnum numerum Graecorum vocabulorum in suam linguam Romani receperunt propter eius egestatem. Numerus ille permagnus est apud poetas, praecipue apud lyricos.

II.

Disputatio.

Graeca vocabula abundant apud Plautum, primum quod inter primos scriptores Romanos est, tum quod eius fabulae Graecas sequuntur. Utitur Plautus Graecis vocabulis propter has causas: primum propter linguae egestatem, deinde propter Graecam fabularum naturam, tum propter versum, denique ioci causa.

Sequitur index vocabulorum Graecorum, quae in Plauti fabulis inveniuntur, cum locis et causarum expositione, cur aliquo vocabulo utatur.

Denique sequitur index vocabulorum Graecorum in singularum fabularum ordinem, item index vocabulorum, quae inveniuntur apud poetas comoediae novae et Graecorum vocabulorum Plautinorum cum Terentianis et Lucilianis comparatio.

Index

librorum, quibus in hoc opere usi sumus.

Goetz et Schoell — T. Macci Plauti Comoediae, Lipsiae, 1893—1896.

Vaníček, Alois — Griechisch-lateinisches etymologisches Wörterbuch, Leipzig, 1877.

Weise, F. O. — Die griechischen Wörter im Latein, Leipzig, 1882.

Saalfeld, G. A. E. A. — Tensaurus Italograecus, Wien, 1884.

Lewis and Short — Latin Dictionary, Oxford, 1879.

Schmidt, J. H. H. — Handbuch der lateinischen und griechischen Synonymik, Leipzig, 1889.

Ramshorn, Ludwig — Lateinische Synonymik, Leipzig, 1831—33.

Stephanus, Henricus — Thesaurus Graecae linguae, Parisiis, 1831—65.

Forcellinus, Aegidius — Totius Latinitatis Lexicon, Patavii, 1805.

Meineke, Augustus — Fragmenta comicorum Graecorum, Berolini, 1839—57.

P. Terentii Comoediae — Fleckeisen, Lipsiae, 1901.

Lachmannus, Carolus — C. Lucilii Saturarum Reliquiae, Berolini, 1876.

Harder, Franciscus — Index Lucilianus, Berolini, 1878.

Müller, Lucian — Leben und Werke des Gaius Lucilius, Leipzig, 1876.

I.

Exordium.

De Romanorum Litteris.

Romanorum animos plane alienos fuisse a litteris satis constat. Romanorum erat agros colere, in rebus publicis versari, apud populum in foro contionari, legibus studere, omnia denique agere, quae per se utilia essent, non erat vacare litteris. Nam praeclare Vergilius:

Excudent alii spirantia mollius aera
(Cedo equidem), vivos ducent de marmore voltus,
Orabunt causas melius, caelique meatus
Describent radio et surgentia sidera dicent:
Tu regere imperio populos, Romane, memento
(Haec tibi erunt artes) pacique inponere morem,
Parcere subiectis et debellare superbos.[1])

Neque igitur mirum est, quod litterae Romanae initium ceperunt tam serum. Atque etiam primus auctor, qui scripsit Latine, ne Romanus quidem erat, sed Graeculus libertinus, M. Livius Andronicus, qui, cum Tarentum urbs capta esset a. 272 a. Chr. n., servus factus et Romam ductus est, ubi postea a domino manumissus est. Quin etiam fieri poterat, ut Romani numquam litteras haberent, nisi cultum atque humanitatem Graecorum cognovissent eosque duces secuti essent. Aut, si per se elaboravissent litteras, non debet dubitari, quin longe diversae fuissent ab iis, quae nobis traditae sunt. Ut res se habent, Romani litteras debent Graecis. Gravissimus in rebus Romanis profecto fuit annus ille 272 a. Chr. n., quo Tarentum urbs ab iis expugnata est. Tum primum Romani cognoverant magnificentissima illa opera Graecorum ingenii, quae eos ad imitandas Graecas litteras incitatura erant. A quo tempore cultus atque humanitas

[1]) Aeneis, VI, 847—853.

Graecorum in Romanorum animis dominari coepit maxime, praesertim cum non multo post fines imperii longius proferrent atque in primis multas civitates Magnae Graeciae Siciliaeque, in quibus et litterae et artes praecipue florebant, dicionis suae facerent. Itaque accidit, ut, cum servorum et libertinorum numerus, e quibus multi erant Graeci, bello Punico primo confecto celeriter maior fieret Romae, etiam notitia quaedam Graecae linguae latius funderetur non solum per optimates, sed etiam per plebem. Atque nobiles ab eo tempore Graecarum litterarum studio adeo sunt imbuti, ut, cum vehementissime permoti erant aliqua re animi eorum, quae sentiebant, effunderent saepissime verbis Graecis. Polybius scriptor memoriae tradit Scipionem, cum Carthaginem videret ardentem, valde permotum versus illos Homeri dixisse:

ἔσσεται ἦμαρ ὅταν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρὴ
καὶ Πρίαμος καὶ λαὸς ἐϋμμελίω Πριάμοιο.[1])

Caesar, cum etiam M. Brutum inter coniuratos conspexisset, exclamasse dicitur: *καὶ σὺ τέκνον.* Quin etiam primi auctores rerum Romanarum scripserunt non Latine, sed Graece, ut Qu. Fabius Pictor senator, qui annales de rebus gestis Romanorum composuit, ut L. Cincius Alimentus, qui bello Punico secundo floruit, ab Hannibale captus, ut C. Acilius, qui isdem fere temporibus fuit, ut P. Scipionis maioris filius, qui historiam quandam Graecam scripsit dulcissime, ut P. Cornelius Scipio Nasica, qui bellum cum Perse, Macedoniae rege ultimo, gestum descripsit, ut A. Postumius Albinus, qui Graece scripsit historiam et Graecarum litterarum fuit amantissimus. Cum a. 155 a. Chr. n. legati ab Atheniensibus missi Romam venissent, illo interprete cum iis actum est. Atque etiam Polybius memoriae tradit P. Cornelium Scipionem maiorem epistulam longam dedisse Philippo, Macedoniae regi, scriptam Graece, qua bellorum in Hispania et Africa gestorum reddidit rationem, eumque etiam alia scripsisse Graece de rebus Romanis. Auctores illi, quos diximus, usi sunt in scriptis lingua Graeca sine dubio propterea, quod

[1]) XXXIX. 4.

cum plebem verba sua intellegere noluerunt tum Latina lingua nondum satis erat elaborata, qua uterentur in scribendis litteris. Atque linguae Graecae excellentia sic afficiebat Romanorum animos, ut ea etiam, postquam lingua Latina in statum ad litteras aptum redacta est, per longum tempus non omnino in scribendo uti desinerent. Quae quantum potuerit apud Romanos, vel ex eo intellegi potest, quod in C. Lucili saturis, qui floruit medio fere secundo saeculo a. Chr. n. Graeca vocabula abundant. Idem videmus in Ciceronis ad Atticum epistulis, in quibus multa verba introducuntur e scriptoribus Graecis, non quod Graece scire sese ostendere vellet Cicero, sed Latinae linguae vis angustior erat, quam ut suppeteret omnibus rebus satis exprimendis. Nam iure Lucretius profitetur egestatem Latinae linguae, praecipue in rebus pertinentibus ad philosophiam, ubi dicit Graecum verbum homoeomeriae (*ὁμοιομερία*) non posse verti Latine ob eam ipsam causam, quam diximus, his verbis:

Nunc et Anaxagorae scrutemur homoeomerian
Quam Grai memorant nec nostra dicere lingua
Concedit nobis patrii sermonis egestas.[1])

Quod etiam fuit, cur Imperator M. Aurelius in scriptis Graeca potius lingua, non Latina fere uteretur, quippe qui etiam libros duodecim *εἰς ἑαυτόν,* potissimum suum opus, componeret Graece.

Itaque, cum res loco fuerint tali, minime est mirum, quod Graecorum vocabulorum magnus numerus receptus est in linguam Latinam. Atque cum percurrerimus singulos scriptores Latinos, invenerimus Graecorum vocabulorum numerum modo maiorem modo minorem esse pro ratione omnium vocabulorum, quibus illi utuntur. Scilicet eum numerum permagnum esse apud poetas pro eis, quae diximus de Romanorum ingeniis et moribus, atque abundare in poeticae generibus praesertim quibusdam, ut in primis in carminibus lyricis. Atque etiam in libris de philosophia crebra sunt vocabula Graeca. Minime autem inveniuntur in scriptis per-

[1]) De Rerum Natura, I, 830—833.

tinentibus ad historiam et in orationibus, tamquam una ex provinciis propriis Romanorum.

Quoniam diximus de Romanorum ingeniis et litteris et linguae egestate atque, quantum Graecorum et humanitas et litterae valerent in mentibus Romanorum, nunc dicemus de Graecis vocabulis, quae in T. Macci Plauti fabulis inveniuntur et quae nobis ad disserendum proposuimus hoc libello.

II.

Disputatio.

De Vocabulis Graecis apud Plautum.

Graeca vocabula creberrima esse apud poetas in primis supra demonstravimus. Habemus igitur, quod suspicemur abundare ea apud Plautum, praesertim cum accedant alia quoque, quae hanc exspectationem confirment. Atque primum Plautum esse unum e primis Latinis poetis, cum Livius Andronicus, Naevius, ~~Ennius~~ soli aetate eum antecedant, et vixisse temporibus illis, quibus Latina lingua vocabulis nimis claudicabat, quam ut exprimeret omnia satis, meminerimus. Ex quo apparet Graeco verbo illum uti, ubicumque carebat Latino verbo propter linguae egestatem. Deinde autem Plautinae fabulae non sunt togatae aut praetextae, sed palliatae, cum personae, quae inducuntur in eis, non sint Romani, sed Graeci. Atque etiam Plautus fabularum materiam non ipse finxit, sed mutuatus est a comoediarum scriptoribus Graecis, non ab illis, qui habentur in antiquae aut mediae, quae dicuntur, comoediae scriptoribus quales fuerunt Cratinus, Eupolis, Aristophanes, Stephanus, Alexis, sed ab iis, qui floruerunt quarto fere saeculo a. Chr. et qui novae comoediae scriptores dicuntur, qualis fuit in primis Menander, tum Philemo, Diphilus, Demophilus. Ex quo intellegi potest Plautum saepius uti vocabulo Graeco, ut Graecam fabularum naturam gravius significet, quoniam res aguntur apud Graecos et Graecorum vitae moresque in iis depinguntur. Tum etiam

interdum Graeco utitur verbo versus complendi causa, si Latinum verbum, quo uti opus erat, non erat idoneum. Denique Graeca verba inveniuntur apud Plautum ioci causa.

Quoniam demonstravimus, cur Plautus interdum Graecis utatur vocabulis, iam rationem dabimus vocabulorum Graecorum, quae in eius fabulis inveniuntur, simulque ostendemus, cur vocabulo, quod in aliquo loco invenitur, utatur pro quattuor causis, quas supra diximus. Atque etiam versus indicabimus, in quibus illa vocabula inveniuntur et enumerabimus scriptores et Graecos et Latinos, apud quos vocabula inveniuntur, secundum Stephani Thesaurum et Aegidium Forcellinum.

Index.

Vocabulorum Graecorum, quae in Plauti fabulis inveniuntur, cum locis secundum Goetzii et Schoellii editionem.

1.

aer = ἀήρ

Asin., 99.

Hoc vocabulo Graeco Plautus utitur propter Latinae linguae egestatem, cum Romani vocabulo, quod elementum illud significet, careant.

Utuntur autem vocabulo ἀήρ hi scriptores Graeci: Hom., Hesiod., Soph., Eur., Hippocr., Aristoph., Xen., Plat., Aeneas, Aristot., Theophr., Theocr., Callim., Septuag., Apollon., Polyb., Posidon., Parthen., Diod. S., Strab., Phil., Paul., Erotian., Plut., Aquila, Aelian., Lucian., Gal., I. Poll., Athen., Herodian., Epiphan., Greg. Naz., Greg. Nyss., Chrysost., Hes., Theod., Cyril. Alex., Theodoret., Dionys. Areopag., Charit., Phot., Etym., Zonar., Eust., Theophylact., Moschop.[1])

E Latinis autem scriptoribus utuntur hoc vocabulo hi: Enn., Varr., Cic., Lucret., Verg., Vitruv., Ovid., Senec., Valer. Flacc., Plin. Maior, Lucan., Stat., Gell., Orient.[2])

2.

aether = αἰθήρ

(Amph., Arg. I, 9.)

Hoc vocabulo Plautus utitur ob eandem causam, ob quam vocabulo aer utitur, nimirum propter linguae paupertatem.

[1]) Secundum Stephani Thesaurum.

[2]) Secundum Aegidium Forcellinum.

Utuntur hoc vocabulo hi scriptores Graeci: Hom., Aesch., Pind., Soph., Eur, Aristoph., Xen., Plat., Aeschin., Aristot., Callim., Apoll. Rh., Moer., Plut., Oppian., Paus., Anton., Hes., Charit., Etym., Eust.

E Latinis scriptoribus utuntur hoc vocabulo hi: Cic., Lucret., Verg., Horat., Hygin., Ovid., Valer. Flacc., Stat., Apul., Claudian., Marius Vict., Bed.

3.

agoranomus = ἀγορανόμος

Capt., 824, Curc., 285, Mil. Glor., 727.

In his locis Plautus utitur vocabulo agoranomus, ut versus compleat, cum Latinum vocabulum „aedilis", quod idem significat atque agoranomus, brevius sit. Sunt autem versus illi trochaici septenarii, in quibus ultimus pes est catalecticus.

Utuntur illo vocabulo hi scriptores Graeci: Aristoph., Lys., Plat., Dem., Diod. S., Dionys. H., Strab., Alciphr., Athen., Hes., Harpocrat., Suid, Zonar.

E Latinis autem scriptoribus nemo utitur hoc vocabulo praeter Plautum.

4.

apage = ἄπαγε

Amph., 310, 580, Bacch., 64 (bis), 73 (bis), 372, Capt., 208, Cas., 459, Curc., 598, Epid., 673, Merc., 144, Mil. Glor., 210, Mostell., 436, 697, 816b, 845, Poen., 225, Pseud., 653, Rud., 826, Trinum., 525, 538, 838.

Hoc vocabulo Plautus utitur propter Latinae linguae egestatem.

E Graecis scriptoribus utuntur hoc vocabulo hi: Eur., Aristoph., Theophr., Phil., Lucian., Alciphr., Grey., Synes., Suid., Zonar., Eust., Theophyl.

E Latinis autem praeter Plautum unus Terentius utitur hoc vocabulo.

5.

apalus = ἁπαλός

Trucul., 946.

Utitur hoc vocabulo propter Graecam fabulae naturam. Apalus est idem, quod tener, mollis.

Hoc vocabulo utuntur hi scriptores Graeci: Hom., Hesiod., Cratin., Eur., Plat., Theophr., Theocr., Diod. S., Strab., Plut., Diosc., Moer., Long., Alciphr., Athen., Clem. Alex., Philostr., Etym., Eust.

E Latinis hi: Coel., Apic., Scribon. Larg.

6.

apolactizare = ἀπολακτίζειν

Epid., 678.

Hoc vocabulo Plautus utitur propter versum, cum Latina vocabula „pedibus conculcare", quae sunt idem, quod apolactizare, longiora sint, quam ut idonea sint, quibus uti possit.

Invenitur hoc vocabulum apud hos Graecos scriptores: Plut., Lucian., Dionys. Areopag.

E Latinis autem scriptoribus nemo utitur hoc vocabulo praeter Plautum.

7.

apologus = ἀπόλογος

Stich., 538, 544, 570.

Apologus est narratiuncula ficta et fabulosa.

Hoc vocabulo Plautus utitur, quod Latina lingua vocabulo, quod idem significat, caret.

Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Xen., Plat., Aristot., Hes., Suid.

E Latinis autem utuntur: Cic., Quintil., Sueton., Gell.

8.

architecto = ἀρχιτέκτων

Mostell., 760, Poen., 1110.

architectus = ἀρχίτεκτος

(Amph., Prol., 45), Mil. Glor., 901, 902, 915, 919, 1139, (Trucul., Prol., 3).

His vocabulis Plautus utitur propter linguae egestatem.

Utuntur vocabulo ἀρχιτέκτων hi scriptores Graeci: Soph., Aristot., Dem., Athen., Diod. S.

E Latinis: Senec., Solin.

Vocabulum ἀρχίτεκτος legitur in inscriptione quadam.

E Latinis autem scriptoribus utuntur vocabulo architectus: Cic., Apul.

9.

artopta = ἀρτόπτης

Aulul., 400.

Artopta est vas, in quo panis lautior et delicatior coquitur.

Legitur apud I. Poll. e Graecis et Iuvenal. e Latinis.

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.

10.

asotus = ἄσωτος

(Merc., Arg. II, 1.)

Asotus est idem, quod luxus et ganeae studio perditus.

Hoc vocabulo Plautus utitur propter linguae egestatem.

Utuntur hi Graeci: Aesch., Pindar., Soph., Xen., Aristot., Epicur., Plut., I. Poll., Athen., Thom. M.

E Latinis praeter Plautum Cic. unus hoc vocabulo utitur.

11.

astu = ἄστυ

Epid., 546.

Utitur hoc vocabulo propter Graecam fabulae naturam.

Legitur apud hos Graecos: Hom., Simon., Herod., Thuc., Aristoph., Plat., Dem., Callim., Diod. S., Dionys. H., Phil., Strab., Paus., Lucian., Oppian., Philostr., Longin., Hes., Ammon., Steph. Byzant., Eust., Thom. M.

E Latinis utuntur hi: Acc., Terent., Cic., Nep., Vitruv.

12.

athletice = ἀθλητικῶς

Bacch., 248, Epid., 20.

Hoc vocabulo Plautus utitur propter linguae egestatem.

E Graecis scriptoribus hoc vocabulo utuntur: Plut., I. Poll.

E Latinis autem nemo praeter Plautum.

13.

attatae = ἀτταταί

Asin., 588, Cas., 468, 528, Epid., 457.

Utitur hoc vocabulo propter Graecam fabulae naturam. Est autem idem, quod Latine atat.

Utuntur hoc vocabulo hi scriptores Graeci: Soph., Aristoph., Phil.

E Latinis nemo praeter Plautum hoc vocabulo utitur.

14.

atticissare = ἀττικίζειν

(Menaech., Prol., 12.)

Utitur hoc vobabulo propter linguae egestatem. Atticissare est idem, quod Atticos imitari, Attice loqui.

Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Phryn., Thuc., Aristoph., Xen., Dem. Phal., Lucian., Athen., Long., Thom. M.

15.

aurichalcum = ὀρείχαλκος

Curc., 202, Mil. Glor., 658.

Latina lingua vocabulo, quod idem significat, caret.

Invenitur apud hos scriptores Graecos: Hesiod., Plut.

Et apud hos Latinos: Cic., Verg., Horat., Plin., Valer. Flacc., Stat., Sueton., Fest., Serv.

16.

babae = βαβαί

Cas., 906, Pers., 807, Pseud., 365, Stich., 771.

Hoc vocabulo Plautus utitur propter linguae egestatem.

Utuntur hoc vocabulo hi scriptores Graeci: Aristoph., Plat., Drac. Stratonic., Lucian., Athen., Thom. M.

E Latinis autem nemo praeter Plautum hoc vocabulo utitur.

17.

badizare = βαδίζειν

Asin., 706.

Hoc vocabulum est idem, quod Latine ire.

Utitur autem Plautus hoc vocabulo versus complendi causa.

Utuntur βαδίζειν hi Graeci: Aristoph., Xen., Dem., Plut., Moer, Lucian., Athen., Philostr., Charit., Suid., Eust.

E Latinis autem nemo praeter Plautum hoc vocabulo utitur.

18.

balaena = φάλαινα

Rud., 545.

Hoc vocabulo Plautus utitur propter linguae egestatem.

Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Aristoph., Aelian., Hes.

E Latinis autem praeter Plautum Plin. et Iuvenal.

19.

balanus = βάλανος

Rud., 297.

Utitur Plautus hoc vocabulo propter linguae egestatem. Significat autem balanus conchae genus quoddam.

Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Herod., Thuc., Aristoph., Aristot., Theophr., Plut., Diosc., Gal., Lucian., Alciphr., Athen., Long., Charit. Hi Latini: Metell., Horat., Colum, Plin.

20.

barathrum = βάραθρον

Bacch., 149, Curc., 121b, Rud., 570.

Barathrum est locus profundus et praeceps.

Utitur Plautus hoc vocabulo propter linguae egestatem.

Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Herod., Aristoph., Xen., Plat., Dem., Diod. S., Strab., Harpocrat., Suid., Thom. M.

E Latinis autem hi: Catull., Verg., Horat., Vitruv., Sil., Valer. Flacc., Martial.

21.

barbaricus = βαρβαρικός

Capt., 492, 884, Cas., 748.

Utitur Plautus hoc vocabulo versus complendi causa.

Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Herod., Xen., Plat., Aristot., Polyb., Dionys. H., Ammon., Thom. M.

E Latinis autem hi: Enn., Varr., Lucret., Sallust., Verg., Ovid, Colum., Plin., Flor., Sueton., Prudent., Claudian.

22.

barbarus = βάρβαρος

Bacch., 121, 123, Curc., 150, Mil. Glor., 211, Mostell., 828, Rud., 583, Stich., 193.

Hoc vocabulo Plautus utitur versus complendi causa.

Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Hom., Soph., Herod., Eur., Thuc., Aristoph., Xen., Plat., Eubul., Dem., Aeschin., Diod. S., Paul., Strab., Plut., Diosc., Pausan., Sext. Empir., Aelian., Philostr., Ammon., Xen. Ephes., Paul. Aegin., Theophyl., Thom. M.

E Latinis autem hi: Cic., Verg., Horat., Ovid., Senec., Tacit., Trebell. Poll.

23.

basilica = βασιλική

Curc., 472.

Utitur Plautus hoc vocabulo propter linguae egestatem.

Utuntur eo hi Graeci: Plut., Charit.

E Latinis hi: Cic., Vitruv., Plin., Quintil., Capitolin., Hieronym., Sulpic. Sever.

24.

basilicus = βασιλικός

Capt., 811, Curc., 359, Pers., 31, Pseud., 458, Rud., 435.

Basilicus est idem, quod Latine regalis.

Utitur Plautus hoc vocabulo versus complendi causa.

Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Isocr., Plut., Dioscor., Athen., Herodian.

E Latinis autem nemo praeter Plautum hoc vocabulo utitur.

25.

blitum = βλίτον

Pseud., 815.

Blitum est oleris genus.

Utitur Plautus hoc vocabulo propter linguae egestatem.

E Graecis nemo hoc vocabulo utitur.

E Latinis: Varr., Plin., Pallad.

26.

bolus = βόλος

Curc., 611, 612, Poen., 101, Rud., 360, Trucul., (Arg. 3), 31, 724, 844.

Bolus est idem, quod iactus.

Plautus utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.

E Graecis utuntur hoc vocabulo: Aesch., Aristoph., Aristot. Theocr., Plut., Paus., Alciphr., Oppian., Aelian., Hes., Suid., Eust.

E Latinis hi: Varr., Sueton., Auson.

27.

bombax = βομβάξ

Pseud., 365.

Utitur Plautus hoc vocabulo propter linguae egestatem.

Utitur hoc vocabulo a Graecis unus Aristoph.

E Latinis autem nemo praeter Plautum hoc vocabulo utitur.

28.

cadus = κάδος

Amph., 429, Asin., 624, Aulul., 571, Mil. Glor., 850, 851, 852, 854, 856, Stich., 425, 647, 683, 721.

Cadus est vas vinarium condendo servandoque vino aptum.

Utitur Plautus hoc vocabulo propter linguae egestatem.

Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Anacr., Epicharm., Herod., Aristoph., Plut., Moer., I. Poll., Hes., Ammon., Suid., Thom. M.

E Latinis autem: Lucil., Varr., Verg., Ovid., Plin., Non.

29.

campe = καμπή

Trucul., 942.

Campe est eruca, vermis hortensis herbas et arborum frondes infestans.

Plautus utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.

E Graecis utuntur hoc vocabulo hi: Herod., Aristoph., Demetr. Phal., Plut., Gaz.
E Latinis autem hi: Colum., Martial., Fest., Pallad.

30.

cantharus = κάνθαρος

Asin., 906, Bacch., 69, Menaech., 177, 187, Mostell., 347, Pers., 801, 821, Pseud., 957, 1051, 1262, 1263, 1280b, Rud., 1319, Stich., 693, 705, 712, 730.

Cantharus est poculi ansati genus.
Utitur Plautus hoc vocabulo propter linguae egestatem.
Utitur hoc vocabulo e Graecis unus Aristoph.
E Latinis hi: Verg., Horat., Ovid., Valer. Max., Plin., Paul., Auson., Macrob.

31.

capparis = κάππαρις

Curc., 90.

Utitur Plautus hoc vocabulo propter linguae egestatem.
Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Theophr., Plut., Diosc., Gal.
E Latinis hi: Varr., Cels., Colum., Plin., Martial., Pallad.

32.

casia = κασία sive κασσία

Curc., 101.

Casia est frutex aromaticus in Aethiopia et Arabia nascens.
Utitur Plautus hoc vocabulo propter linguae egestatem.
Utuntur e Graecis hi: Herod., Diosc., Gal., Hes., Etym.
E Latinis autem: Verg., Cels., Plin., Martial., Scribon. Larg., Pallad., Veget.

33.

catapulta = καταπέλτης

Capt., 796, Curc., 394, 398, 691, Pers., 28.

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.
Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Aristot., Polyb., Diod. S., I. Poll., Athen., Hes., Greg., Charit., Suid.
E Latinis autem: Titin., Varr.

34.

causia = καυσία

Pers., 155.

Causia est pilei barbarici genus ad aestum solemque arcendum.
Utitur Plautus hoc vocabulo propter linguae egestatem.
Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Menand., Polyb., Plut., I. Poll., Paus., Lucian., Athen., Hes., Greg., Charit., Suid.

35.

cercurus = κερκοῦρος sive κέρκουρος

Merc., 87.

Est autem cercurus navigii genus.
Utitur Plautus hoc vocabulo propter linguae egestatem.
Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Diod. S., Appian, Oppian., Athen., Hes., Suid., Etym.
Et hi Latini: Lucil., Liv., Plin., Non.

36.

cestus = κεστός

Bacch., 69.

Cestus est vinculum, quo aliquid ligatur.
Utitur Plautus hoc vocabulo propter linguae egestatem.
Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Hom., Plut., Lucian., Alciphr.
E Latinis hi: Varr., Valer. Flacc., Martial., Stat., Claudian.

37.

cetus = κῆτος

Aulul., 375, Capt., 851.

Utitur Plautus hoc vocabulo propter linguae egestatem.
Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Hom., Herod., Arat., Diod. S., Lucian., Athen., Hes., Procl., Thom. M.
Hi Latini: Cic., Verg., Hygin., Vitruv., Manil., Germ., Cels., Plin., Sil.

38.

cheuma = χεῦμα

Poen., 701.

Cheuma est poculi genus.

Utitur Plautus hoc vocabulo propter linguae egestatem.

Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Hom., Herod., I. Poll., Athen., Dionys. Perieget., Longin., Julian., Hes., Nonn., Stob., Suid. Cheuma deest in Weisio et Forcellino.

39.

chlamys = χλαμύς

Curc., 611, 632, Epid., 436, Menaech., 658, Merc., 912, 921, Mil. Glor., 1423, Pers., 155, Pseud., 735, 1184.

Utitur Plautus hoc vocabulo propter linguae egestatem.

Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Hom., Herod., Aristoph., Xen., Antiphan., Philem., Menand., Meleag., Plut., Moer., I. Poll., Lucian., Athen., Alciphr., Philostr., Herodian., Anton., Themist., Hes., Ammon., Xen. Eph., Charit.

E Latinis autem hi: Verg., Horat., Ovid., Plin., Tacit., Sueton., Apul., Macrob.

40.

choragium = χορήγιον

(Capt., Prol., 61.)

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.

Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Phryn., Dem., Polyb., I. Poll., Ammon.

Hi Latini: Vitruv., Valer. Max., Fest., Apul., Ammian.

41.

choragus = χορηγός

Pers., 159, Trinum., 858.

Utitur Plautus hoc vocabulo propter linguae egestatem.

Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Hom., Xen., Plat., Antiphan., Dem., Plut., I. Poll., Lucian., Anton., Hes., Liban., Greg. Naz., Ammon., Charit., Suid.

E Latinis autem nemo praeter Plautum hoc vocabulo utitur.

42.

chrysos = χρυσός

Bacch., 240.

Hoc vocabulo utitur ioci causa.

Utuntur e Graecis hi: Hom., Pind., Aristoph., Xen., Diod. S., Dionys. H., Plut., Lucian., Athen., Herodian., Hes., Xen. Eph., Theophyl.

E Latinis praeter Plautum unus Plin., apud quem piscium genus significat.

43.

ciccus = κικκός

Fragm. fabul. incert., 2.

Ciccus est membrana tenuis, qua grana in malis punicis discriminantur.

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.

Utitur hoc vocabulo e Graecis unus Hes.

E Latinis Varr., Fest.

44.

cinaedus = κίναιδος

Asin., 627, Aulul., 422, Menaech., 514.

Cinaedus est idem fere, quod impudicus.

Hoc vocabulo utitur propter linguae egestatem.

Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Dem., Aeschin., Plut., Lucian., Suid., Thom. M.

E Latinis autem hi: Scip. African., Lucil., Catull., Petron., Plin., Martial., Non.

45.

colaphus = κόλαφος

Capt., 88, Pers., 294, 846, Poen., 494.

Colaphus est ictus manu in pugnum compressa inflictus.

Utitur Plautus hoc vocabulo propter linguae egestatem.

Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Epicharm., Phryn., Thom. M.

E Latinis autem hi: Terent., Plin., Quintil., Iuvenal., Tertul.

46.

collyra = κολλύρα

Pers., 92.

Collyra est panis genus.
Hoc vocabulo utitur propter linguae egestatem.
Utuntur hi Graeci: Aristoph., Athen.
E Latinis autem solus Plautus hoc vocabulo utitur.

47.

colutea = κολουτέα

Pers., 87.

Colutea est arbor quaedam.
Hoc vocabulo utitur propter linguae egestatem
Utitur hoc vocabulo e Graecis unus Theophr.
E Latinis unus Plautus utitur hoc vocabulo.

48.

colyphia = κωλύφια

Pers., 92.

Colyphia est cibus quidam.
Utitur Plautus hoc vocabulo propter linguae egestatem.
Utitur hoc vocabulo e Graecis unus Phryn.
E Latinis utuntur hoc vocabulo: Martial., Iuvenal.

49.

comarchus = κώμαρχος

Curc., 286.

Hoc vocabulo utitur versus complendi causa, cum Latina vocabula, quae idem significant, i. e. pagi magister, idonea non sint.
E Graecis nemo hoc vocabulo utitur, e Latinis unus Plautus.

50.

comicus = κωμικός

(Capt., Prol., 61, 778), Pers., 465, Poen., 581, 597.

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.
Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Demetr. Phal., Apollod., Lucian., Athen.
Hi Latini: Caecil., Cic., Horat., Vitruv., Plin., Quintil.

51.

comoedia = κωμῳδία

Amph., (Prol., 55, 59, 60, 88, 96) 868, 987, (Asin., Prol., 13) Capt., 1033, (Cas., Prol., 9, 13, 30, 31, 64, 83), Cistell., 787, Menaech., (Prol. 7), Merc., 3, Mil. Glor., 84, 86, Mostell., 1152, Poen., 51, 53, 1319, 1371, Pseud., 1081, 1240, Trinum., 706, Trucul., 11.

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.
Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Aristot., Plut., Lucian., Athen., Charit., Suid., Theophyl., Eust.
Comoedia invenitur apud hos Latinos: Terent., Cic., Horat.

52.

concha = κόγχη

Rud., 297, 304, Fragm. fabul. incert., 20.

Concha Latine est mitulus sive musculus.
Utitur Plautus hoc vocabulo propter versum.
Κόγχη invenitur apud hos Graecos: Hippocr., Aristoph., Aristot., Gal., Athen.
Concha invenitur apud hos Latinos: Cat., Cic., Lucret., Verg., Horat., Propert., Ovid., Colum., Lucan., Iuvenal., Paul., Martian.

53.

conchita = κογχίτης

Rud., 310.

Utitur Plautus hoc vocabulo propter linguae egestatem.
Κογχίτης invenitur apud Paus.
E Latinis autem nemo praeter Plautum hoc vocabulo utitur.

54.

condalium = κονδάλιον

Trinum., 1014, 1022.

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.
E Graecis nemo hoc vocabulo utitur.
E Latinis unus Plautus hoc vocabulo utitur.

55.

conger = γόγγρος

Aulul., 399, Mil. Glor., 760, Pers., 110.

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.
Γόγγρος invenitur apud hos Graecos: Aristot., Theophr., Apoll. Dysc., Gal., Athen., Etym.
Conger invenitur apud hos Latinos: Terent., Ovid., Plin., Charis.

56.

coriandrus = κορίαννον

Pseud., 814.

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.
E Graecis nemo hoc vocabulo utitur.
E Latinis hi: Colum., Plin.

57.

cottabus = κότταβος

Trinum., 1011.

Cottabus est sonus vel crepitus plagarum loris incussarum.
Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.
Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Anacr., Aesch., Cratin., Soph., Eur., Crit., Aristoph., Eubul., Callim., Moer., I. Poll., Lucian., Athen., Hes., Greg. Naz., Charit.
E Latinis praeter Plautum nemo hoc vocabulo utitur.

58.

crapula = κραιπάλη

Mostell., 1122, Pseud., 1282, Rud., 586.

Crapula est idem fere, quod ebrietas.
Utitur propter linguae egestatem.
Κραιπάλη invenitur apud hos Graecos: Hippocr., Aristoph., Eubul., Plut., Alciphr., Ammon., Thom. M.
Crapula invenitur apud hos Latinos: Cic., Liv., Plin., Flor., Fest.

59.

cyathissare = κυαθίζειν

Menaech., 303, 305.

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.
Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Polyb., Athen., Suid.
E Latinis nemo praeter Plautum hoc vocabulo utitur.

60.

cyathus = κύαθος

Pers., 771, 772, 794, Poen., 274, Pseud., 957, Rud., 1319, Stich., 706.

Cyathus est poculi genus.
Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.
Utuntur hoc vocabulo hi Graeci: Anacr., Pherecrat., Aristoph., Xen., Gal., Athen.
Cyathus invenitur apud hos Latinos: Varr., Horat., Colum., Plin., Martial., Iuvenal., Rhem. Fann.

61.

cynicus = κυνικός

Pers., 123.

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.
Κυνικός invenitur apud hos Graecos: Xen., Dem. Phaler., Plut., Memn.. Diog. L., Athen., Eust.
Cyathus invenitur apud hos Latinos: Cic., Petron., Plin., Iuvenal.

62.

dacruma = δάκρυμα

Pseud., 700.

Utitur hoc vocabulo propter Graecam fabulae naturam.
Δάκρυμα invenitur apud hos Graecos: Herod., Eur.
Dacruma invenitur apud unum Plautum.
Deest in Weisio.

63.

danista = δανειστής

Epid., 53, 55, 115, 142, 252, 347, 607, 621, 646, Mostell., 537, 623, 917, Pseud., 287.

Utitur Plautus hoc vocabulo versus complendi causa. Est autem idem, quod Latine fenerator.

Danista invenitur apud hos Graecos: Moer., Lucian., Alciphr., Hes., Thom. M.

E Latinis unus Plautus hoc vocabulo utitur.

64.

danisticus = δανειστικός

Mostell., 658.

Utitur hoc vocabulo versus complendi causa. Est autem Latine idem, quod feneratorius.

Invenitur apud hos Graecos: Soph, Lucian.

E Latinis unus Plautus hoc vocabulo utitur.

Hoc vocabulum deest in Weisio.

65.

demarchus = δήμαρχος

Curc., 286.

Utitur hoc vacabulo propter linguae egestatem.

Δήμαρχος invenitur apud hos Graecos: Aristoph., Plut., Suid.

Demarchus invenitur apud unum Spartian. e Latinis praeter Plautum.

66.

discus = δίσκος

Bacch., 67, 428, Mostell., 151.

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.

Δίσκος invenitur apud hos Graecos: Hom., Apoll. Rh., Plut., I. Poll., Alex. Aphr., Ammon., Alex. Trall.

Discus invenitur apud hos Latinos: Cic., Horat., Vitruv., Propert., Martial., Stat., Apul., Hieron., August.

67.

drachma = δραχμή

Merc., 777.

drachuma

Pseud., 86, 88, 91, 93, Trinum., 425.

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.

Δραχμή invenitur apud hos Graecos: Herod., Thuc., Aristoph., Theophr., Diod. S., Plut., I. Poll., Gal., Lucian., Hes., Charit., Suid., Eust.

Drachma invenitur apud hos Latinos: Enn., Cic., Plin., Scribon. Larg.

68.

drapeta = δραπέτης

Curc., 290.

Utitur hoc vocabulo propter versum. Est autem drapeta idem, quod Latine servus fugitivus.

Δραπέτης invenitur apud hos Graecos: Aesch., Soph., Herod., Theocr., Lucian., Athen., Herodian., Xen. Eph.

Drapeta invenitur apud unum Plautum e Latinis.

69.

echinus = ἐχῖνος

Rud., 297.

ecinus,

Paras. Med., 3.

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.

Ἐχῖνος invenitur apud hos Graecos: Hippocr., Aristoph., Xen., Aristot., Dem., Theophr., Callim., Plut., Moer., I. Poll., Galen., Athen., Hes., Harpocr., Suid., Eust.

Echinus invenitur apud hos Latinos: Horat., Vitruv., Plin., Calpurn., Serv., Claudian., Pallad., Isid.

70.

elegus = ἔλεγος

Merc., 409.

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.

Ἔλεγος invenitur apud hos Graecos: Eur., Aristoph., Callim., Apoll. Rh., Eust.

Elegus invenitur apud hos Latinos: Horat., Tibull., Propert., Ovid., Tacit.

71.

eleutheria = *τὰ Ἐλευθέρια*

Pers., 29a, Stich., 422.

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.

Ἐλευθέρια inveniuntur apud unum Diod. S. e Graecis.

Eleutheria inveniuntur apud unum Plautum e Latinis.

72.

elleborus = *ἐλλέβορος*

Menaech., 913, 950, Pseud., 1185.

Elleborus est herbae species, idem fere, quod veratrum.

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.

Ἑλλέβορος invenitur apud hos Graecos: Hippocr., Theophr., Diosc., Gal., Hes.

Elleborus invenitur apud hos Latinos: Verg., Plin., Gell.

73.

emporium = *ἐμπόριον*

Amph, 1012.

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.

Ἐμπόριον invenitur apud hos Graecos: Herod., Thuc., Xen., Dem., Polyb., I. Poll., Dio., Cass., Herodian., Suid.

Emporium invenitur apud hos Latinos: Cic., Liv., Plin.

74.

ephebus = *ἔφηβος*

Merc., 61.

Utitur hoc vocabulo propter Graecam fabulae naturam. Est autem ephebus idem, quod Latine adulescens.

Ἔφηβος invenitur apud hos Graecos: Xen., Theophr., Timaeus, Callim., Diog. L., Lucian., Athen., Herodian., Hes., Ammon., Xen. Eph., Theoph., Eust.

75.

epichysis = *ἐπίχυσις*

Rud., 1319.

Epichysis est poculi genus.

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.

Ἐπίχυσις invenitur apud hos Graecos: Aristoph., Plat., Menand., Theocr., Septuag., Polyb., Plut., I. Poll., Athen., Hes., Niceph.

Epichysis invenitur apud unum Varronem praeter Plautum e Latinis.

76.

epicrocum = *ἐπίκροκον*

Pers., 96.

Epicrocum est amiculi genus croco tinctum.

Utitur hoc vocabulo propter linguae egestatem.

Ἐπίκροκον invenitur apud unum Hes. e Graecis.

Epicrocum invenitur apud hos Latinos: Naev., Varr., Fest.

77.

epistula = *ἐπιστολή*

